Quaestio Medica

Cardinalitiis disputationibus agitanda In Scholis Medicorum die Iovis 5a maii

Clarissimo viro D. Nicolao Milot Reg. med. moderatore prudentissimo.

Estne febris frigidis et humidis oppugnanda?

Inest in rebus naturae consensus et sympathia tanta, illisque antipathia tanta contrariorum, ut simul juncta se se illa tueantur, atque conservent; haec contra mutuis quasi vulneribus confodiant, perimantque; [illegible] conservandi sui gratia appetuntur se se, atque refugiunt contraria: [illegible] hinc est [illegible] Elementorum motus mixtorumque corporum; hinc naturam [illegible] aetates, illae [illegible] bene vel male afficiuntur, atque adeo morborum alii ad alia tempora magis aut minus sunt proclives, eodemque modo aetates ad tempora, loca, victus rationes magis aut minus aptae.

Naturae sagax investigator, nec non sedulus imitator Medicus dum in tuenda, restituendaque sanitate totus occupatur, id potissimum studet ut corpus sanum, temperatumque temperatis ac similibus in statu conservet, morbo vero constitutum contrariis ad pristinam incolumitatem reducat, sive cibo, potu, calidisque; [illegible] quas non naturales solent appellari; in sano quidem ad temperamenti mediocritatem accommodatis, in aegrotantibus vero tantum ab illa immutatis, quantum ab eadem morbus in temperamenti [illegible] contrarium defendit. quod denique morbos humorum copia provenire [illegible] vacuatio quod [illegible] rerum [illegible] adiectione curas.

Febris autem tum continua, tum per varios circuitus pro humorum varietate recurrentes, affectus praeter naturam est calidus siccusque; in corde primum tanquam subiecto residens, ex quo per totum corpus effunditur igneus calor (qui tamen idem cum nativo est) omnes quidem eius actiones, sed praecipue naturales laedens, ut urinae et pulsus, nec non caloris sensus, ex quibus maxime febrium signa sumuntur, haud obscure declarant. Sunt ab omnibus causis quae corpus quocumque modo possunt calefacere et inflammare, sive procatarcticae illae sint, sive propinquiores et coniunctae, eoque ardentior et acutior, quo temporibus anni calidioribus et siccioribus accenditur.

Recte igitur praecipit Hippocrates victum humidum febricitantibus omnibus exhibendum, maximeque pueris. Ut enim [illegible] naturali temperamento conservando est aptissimus, ita [illegible] intemperies siccas permutandas necessarius, eaque omnia quae contrariam caliditati, siccitatique febrilis qualitatem quovis modo possunt inducere, sive ea sint alimenta sive alterantia medicamenta. Verum cum in curandis febribus non sola sit opus alteratione (quae tamen Ephemeris et Hecticis satis esse potest) sed etiam vacuatione, quod saepius plethora et humorum putredo febrilis ardoris fomes coniuncta sint, praecedere locus debet phlebotomiae et catharsi.

Haec enim tollit humorum vitia medicamentis lenitudine sua [illegible] antegressa evacuandorum praeparatione coctioneque. Illa non expectata coctione plethoram minuit [illegible] purgationis [illegible] cacochymiam ducit, tam praesens facilisque remedium ut pueris etiam ac senibus, nec non praegnantibus in quam minus quam purgatio metuenda, possit accommodari atque [illegible] utrisque remedii par occurrit necessitas ab hac sit incipiendum, a qua [illegible] Mederi denique morbis omnibus a sanguinis [illegible] natis, hinc [illegible] plenitudini necessaria sed et putridis febribus in ardentissimis ad animi deliquium ex quo corpus totum refrigeratur, et febris extinctio consequitur.

Est ergo febris frigidis et humidis oppugnanda.

Asserebat Claudius Belin Campanus. 1594.

F.M.P. BIBLIOTHEQUE